



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

461. A quo accipienda confirmatio Abbatum, Præpositotum, similiúmque Prælatorum regularium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

diatè subiectorum electiones confirmare potest; scilicet est de legatis aliis, qui id facere nequeunt, nisi specialiter id iis à Papa commissum. Pirh. Laym. *loc. cit.* qui tamen posterior tradit, eos posse super Episcoporum electionibus examen instituire, illudque & informationes mittere ad Sedem apostolicam, & ex eo tempore se non amplius immiscere juxta *cit. c. licet.*

Questio 461. A quo accipienda confirmatio Abbatum, Præpositorum, similibumque Prælatorum regularium?

1. **R**espondeo primò: ubi ii exempti sunt, & Sedi Apostolicæ immediatè subiecti, confirmari debent à Papa, aut ejus Legato de latere, si in provincia sit, Laym. *ad c. postquam de elect. n. 3.* Pirh. *ad tit. de elect. n. 398.* Pass. *de elect. c. 33. n. 71.* sic Generales Ordinum, qui immediatè subiecti Papæ, ab ipso, ejusve Legato in provincia existente, confirmationem petere & habere debent. Pass. Laym. Pyrh. *ll. cit.* nisi fortè privilegium habeant à Papa, ut mox ab eorum in canonicam sui electionem consensu plenam jurisdictionem & administrationem sine alia Papæ confirmatione consequantur (uti id concessum Generalibus Ordinum mendicantium, testatur plurimis citatis Pass. *loc. cit.* & in specie etiam de Societate nostra, Pirh. pro ut habetur in *compend. privileg. v. generalis §. 1.*) AA. *iidem.*

2. Respondeo secundò: ubi verò hi Prælati exempti quidem sunt à jurisdictione Episcopi, non tamen subiecti immediatè Papæ in hoc sensu, quòd Ministrum seu Præpositum generalem sui ordinis habeant; ut sunt Provinciales & Abbates quidam electi in capitulo, ab eodem Generali confirmationem accipiunt, nisi fortè tales sint, quibus concessum est, ut rite electi alià confirmatione non egent. Et si sint Prælati inferiores seu locales, puta Priores, Guardiani electi in capitulo vel conventu, à Provinciali confirmationem habere debent, AA. *iidem ll. cit.* aut si hi Prælati provinciales, vel etiam locales non eliguntur à capitulo vel conventu, sed constituuntur à Generali, uti fit in societate nostra, alià confirmatione non egent. Pirh. *loc. cit.*

3. Respondeo tertio: Abbates, Præpositi, alique Prælati regulares non exempti confirmandi sunt ab Episcopis, quibus proximè eorum Monasteria sub- sunt. Pirh. Laym. *ll. cit.* Azor. *p. 2. l. 3. c. 46. q. 1. §. confirmationes.*

4. Porrò solere Episcopos, dum assumunt vicarium generalem, concedere ei potestatem confirmandi Abbates, Priores, similitve non exemptos, tradit Azor. *loc. cit.* quamvis addat *in fine citati §. hæc potestas in generali mandato non continetur, sed specialiter committitur.*

Questio 462. A quo accipienda confirmatio Abbatissarum, Priorissarum, similibumque avititum monialium?

1. **R**espondeo primò: si monasterium monialium immediatè subiectum sit Sedi Apostolicæ, Abbatissa, Priorissa, Præposita, electa à conventu confirmationem petere & accipere debet à Papa. Laym. *ad c. postquam n. 4.* Pirh. *ad tit. de elect. n. 417.* citantes Azor. *p. 1. l. 3. c. 10. q. 3.* Donat. *to. 4. tr. 7. c. 17. n. 4.* Tamb. *de jure Abbatiss. d. 29. q. 1.* Petenda autem est hæc confirmatio à Papa per procuratorem; cum moniales non per seipsas electionis proseguenda aut oppugnanda causà Sedem Apostolicam accede-

P. Leuren, Fori Benef. Tom. II.

re, sed procuratorem ad hoc mittere debeant, juxta *c. indemnitate de elect. in 6. §. porro.* Donat. Laym. Pirh. *ll. cit.* Addit etiam Donat. *loc. cit. n. 5.* citans pro hoc Castell. *de elect. c. 17. n. 29.* Barbof. *in collectan. ad Trid. c. 7. sess. 25. de regular.* Gavant. *in man. Episc. v. moniali officialis.* referentes super hoc plures S. Congreg. declarat. quòd nimirum, licet Episcopus loci ex dispositione Gregor. 15. in *constitut. infratrabili.* possit unà cum Superioribus regularibus quorumcumque Abbatissarum electionibus per se vel per alium interesse, ac præsidere; exinde tamen jus nullum habet confirmandi Abbatissam exemptam.

2. Respondeo secundò: si autem monasterium religioso virorum ordini (intellige, etiamsi hic ordo exemptus non sit à jurisdictione Episcopi) subdit, ad Prælatum istius Ordinis aut monasterii spectat confirmatio, AA. *iidem.*

3. Respondeo tertio: si autem nulli religiosorum monasterio, sed Episcopo subdit, Episcopus confirmare habet.

Questio 463. An, & qualiter potestas confirmandi competat capitulo sede vacante?

Respondeo: potestas confirmandi electos, non secus ac potestas instituendi præsentatos pertinet ad Episcopum, sede Episcopali vacante transit ad capitulum; quia instituere & confirmare sunt actus jurisdictionis necessariae. *c. cum olim de major. & obediens.* Pirh. *ad tit. de elect. n. 304.* Laym. *in cit. c. cum olim n. 2.* Lott. *l. 2. q. 2. m. 21.* citans Abb. *in o. 2. ne sede vac. n. 2.* Pavin. *de potest. cap. sede vac. p. 2. q. 5. n. 2.* & 3. unde jam quia capitulum sede vacante ordinariam Episcoporum jurisdictionem exercet, electos Abbates, aliosque Prælatos non exemptos confirmat Laym. *loc. cit.*

Questio 464. Ad quem iure devoluto spectet confirmare?

Respondeo: dum intra terminum præfixum confirmatori ordinario ab ejus Superiore, is non confirmat, confirmatio iure devoluta spectat ad dictum Superiorem immediatum confirmatoris, juxta dicta supra ad *quest.* intra quod tempus data confirmatio. Sic dum per appellationem aut querelam electus proseguitur electionem suam, & instat pro confirmatione, potestas illa instituendi (idem est de potestate confirmandi) non devolvitur nisi per indirectum. Lott. *l. 2. q. 13. n. 64.* dum enim proceditur per viam querelæ, cui tunc est locus, ubi nullum gravamen positivum supponitur, sed tantum negligentia & mora habentis confirmare vel instituere, Superior aditus præfigit terminum ordinario confirmatori, intra quem si is non confirmet, iure devoluta confirmat ille Superior. Lott. *loc. cit. n. 65. & 66.* si verò procedatur per viam appellationis à gravamine positivo illato, sive quia expressè est denegata confirmatio, sive quia ter requisitus solenniter, obstinate confirmator distulit confirmationem, facultas hæc confirmandi devolvitur ad Judicem. Lott. *n. 67. & 68.* dicens de facultate confirmandi sic devolvenda esse textum *in c. significaverunt de except. rationem etiam addit n. 69.* nimirum quia appellationis hic est præcipuus effectus, ut negotium, pro quo est appellatum, devolvat. Sic quoque confirmationem sequi ordinem appellationis, quæ est ab inferiore ad Superiorem immediatè, ait Pass. *cit. c. 33. num. 75.* Unde in casu appellationis ad curiam, Auditor Papæ, qui de appellatione

Q 2

lacione